

866 febbraio 5, Verona.

I canonici di Verona e l'abate di San Zeno Leo, su pressione del vescovo Anscarius, si accordano, dopo una controversia riguardo un diploma emanato da Ludovico il Pio, per dividere tra loro le oblazioni fatte alla chiesa di San Zeno.

Copia della prima metà del XII secolo, in Verona, Archivio Capitolare, I 4 5r (già A. C. 12. 1. 8)¹.

Edizione: Fainelli, I, 233.

Anno Incarnationis Domini nostri Ihesu Christi DCCCLXV, indictione quartadecima. Dum orta est intentio inter canonicos Ecclesie veronensis et Leone abbas et monachos qui ad sanctum Zenonem habitant, de ecclesia beati Zenonis ubi corpus eius humatum quiescit et de oblatione que ad eandem ecclesia devota mente populus offert annualiter et que ipsi canonicis per preceptum domni Hludovici² serenissimi imperatoris ad eorum canonicos per rogatum Ranaldi venerabilis episcopi concessu fuerat et ex alia parte monasterii suum deferebat precepto suprascripti imperatoris sed minime istum excluderat, unde grandis altercatio inter eos in presentia domni Anscarii episcopi decrevit sed dominus episcopus ut sanctus pater utrosque monens et ad pacis vinculum producens, pacificavit³ eos^a in eo tenore ut annualiter ipsa oblatione haberet per concessum canoni pars monasterii medietatem et medietatem haberet ipsi canonicis, et in ambobus festivitibus que est de mense madio et^b in mensem decembris missi da parte veronensis Ecclesie tercio die ante ipsas festivitates ibidem esse debeant ad ipsam oblationem recipiendam, et quidquid ibidem advenerit equaliter inter se dividant, medietatem tollant ipsi canonicis et medietatem pars monasterii et quidquid in alio tempore toto anno circulo ibidem devote venitus sit duo presbiteri monachi missi de ipso monasterio recipiant et salvum faciant sine omni subtractione ita ut si necessum fuerit iurati dicant per suum sacerdotium quod nichil exinde minuassent usque dum pars suprascripti canonicorum sancte veronensis Ecclesie et pars monasterii in simul veniant, et sic inter se equaliter dividant sicut aliam oblationem que in festivitibus dividunt; unde spondeo me ego Leo abba vel mei successores una cum consensu domni Anscarii episcopi vel ceterorum fratrum monachorum vobis Vitali archipresbitero et Wirdenegauso archidiacono vel successoribus vestris, ut si de ipsa medietatem ipsius oblationis que in toto anno circulo ad fidelibus Dei Ecclesie ibidem advenerit contendere voluerimus preter ipsa medietatem quam nobis reservavimus. Tunc coponam ego Leo abba vel mei successores vobis vel ad vestris successoribus pena in argentum solidos numeratos ducentos, et post penam conpositam presens hec pagina omni in tempore firma permaneat. Factum est in anno domni Hludovici imperatoris sextodecimo, sub die quinto de mense februario, indictione suprascripta. Acta in civitate Verona feliciter. + Ego Anscharius presul veronensis civitatis propria manu roboravi et subscripsi. + Ego Leo abbas subscripsi. + Ego Lunaldus presbiter et monachus consensi manu mea subscripsi. + Ego Ursibertus presbiter et monachus consensi manu mea subscripsi. + Ego Iohannes presbiter et monachus consensi manu mea subscripsi. + Ego Adebert clericus monachus consensi manu mea subscripsi. + Ego Amelbertus presbiter monachus manu mea subscripsi. Signum + manu Gariberto da Posterola⁴ testis. Signum + manu Leoni da Ponte testis. Signum + manu Arimperto de Castro testi. Ego [...] rogatus ab Leone abbate manu mea subscripsi. + Ego Erimbertus rogatus ad Leone abbate manu mea subscripsi. + Ego [...] rogatus ab Leone abbate manu mea subscripsi. + Ego Adelbertus rogatus ad Leone abbate manu mea subscripsi. + Ego Regileussus notarius⁵ rogatus ad Leone abbate hanc paginam scripsi et post tradita complevi.

^a Manca in Fainelli.

^b Manca in Fainelli.

NOTE STORICHE

¹ Santoni (ChLA², LX, p. 136) mette in dubbio l'autenticità di questo documento.

² Si tratta del diploma di Ludovico il Pio dell'820 (Fainelli, I, 122).

³ BOUGARD 1995, p. 344, prende il presente documento ad esempio per dimostrare la tendenza a riappacificare i conflitti, cercando quanto più possibile una mediazione: in questo caso, il concetto è sottolineato dalla scelta lessicale.

⁴ Mor propone di identificarla con la pusterla di via Leoncino o con la "Pusterula Todoni", nominata nel 907 (Fainelli, II, 80) e collocabile presso il ponte Postumio (MOR 1964, p. 72).

⁵ Nell'877 sottoscrisse un placito in cui si contrapponevano gli interessi del monastero di San Zeno a quelli di Avuardo e Giselardo (Veneto 6); nell'879 sottoscrisse un contratto di livello per il prete Gisemprando (ChLA², LIX, 29).